# THE SARUM RITE

## Breviarium Sarisburiense cum nota.

## Tome B.

## Fasciculus II.

Pagine 491-514.

## Proprium de tempore.

## In die circuncisionis Domini.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMVIII.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published January 1 2008.
Revised July 2008, October 2011, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2008.



# ℂ *In vigilia circuncisionis Domini.*[1]

## *Ad vesperas.*

*Ant.* Tecum princípium. *ad ij. vesperas nativitatis.* 328.

*Ps.* Dixit Dóminus. (*cix.*) [311]. [*&c.*]

*Cap.* Appáruit grátia. 320.

℟. Verbum caro. *Et dicitur hic sine prosa.* 310.

*Hymnus.* A solis ortus. 320.

℣. Tanquam sponsus.

[℟. Dóminus procédens de thálamo suo.][2]

AS:75; 1519:91r; 1531:46r.

4464. Ant. III.i.





tá-tur, et testimó-ni- um e-jus nemo ácci-pit : qui autem



ac-cé-pe- rit e-jus testimó-ni- um, signá- vit qui- a De- us



ve-rax est. *Ps.* Magníficat. 58*.

[Orémus.][3]

*Oratio.*

DEus qui nobis nati Salvatóris diem celebráre concédis octávum : fac nos quésumus ejus perpétua divinitáte muníri, cujus sumus carnáli commértio[4] reparáti. Qui tecum vivit et regnat.

*Nulla fiat memoria ad has vesperas nec ad matutinas in crastino.*

## ℂ *Ad completorium.*

AS:76; 1519:91r; SB:227; cclxxxiii.

Ant. VIII.i.



NA-to * Dómi-no ange-ló-rum cho-ri ca-né-bant 3854.



di-cén-tes : Sa-lus De-o nostro se-dénti su-per thro-num et



Agno. *Ps.* Cum invocárem. (*iv.*) [362].

[*Hec antiphona dicatur quotidie ad completorium usque ad vigiliam epiphanie.*][5]

*Cap.* Tu in nobis. [364].

*Hymnus.* Salvátor mundi. [369].

℣. Custódi nos Dómine. [367].

*Ant.* Allelúya. Verbum caro factum. [372].

*Ps.* Nunc dimíttis. [367].

*Preces et cetera que ad completorium pertinent expleantur.* [401].

*Hoc completorium non mutatur usque ad vigiliam epyphanie.*



# [*In die circuncisionis Domini.*]

## ℭ *Ad matutinas.*

*Invitatorium.* Christus natus est nobis. Veníte adorémus. 287.

*Ps.* Veníte. 18*.

*Hymnus.* Christe Redémptor ómnium. 288.

## ℭ *In j. nocturno.*

AS:76; 1519:91v; 1531:46r.[6]

1. Ant. VIII.ii.

Domi-nus * di-xit ad me Fí-li- us me- us es tu : 2406.

e- go hó- di- e gé- nu- i te. *Ps.* Quare fremuérunt. (*ij.*) [12].

AS:76; 1519:91v; 1531:46r.

3287. 2. Ant. V.i.




*Ps.* Celi enárrant. (*xviij.*) [34].

AS:76; 1519:91v; 1531:46r.[7]

2631. 3. Ant. V.i.




℣. Tanquam sponsus. 291.

*Lectio prima.* [Beda *super Lucam.* Lib. i. Cap. 7.][8]

RItus et relígio circuncisiónis fratres charíssimi : a beáto Abraham patriárcha sumpsit exórdium. Qui cum pósitus adhuc in prepútio perfécte Deo credidísset, reputatúmque ei esset ad justítiam : signum accépit circuncisiónis, signáculum justítie fídei, que est in prepútio. Erat enim circuncisiónis typus ac figúra : multifórmis. Nam et signáculum ut dictum est justítie fídei Abrahe et séminis ejus erat indícium, castigándo eos qui ad hoc semen hancque fidem pertinérent ab omni inquinaménto carnis et spíritus : et prophétia nascitúri de hoc sémine

Salvatóris, qui nos et in preséntia per baptísmum ab omni mortífere actiónis pollutióne mundáret, et in futúro per resurrectiónem ab univérsa mortis ipsíus corruptióne liberáret.

AS:76; 1519:91v; 1531:46r.[9]

1. Resp. VII.




6927.

6927a.

*Lectio secunda.*

ET precípue donum remissiónis quod sólveret a peccáto prevaricatiónis Ade : per hanc circun- [46v.] cisiónem id témporis ministrári eídem grátie legísque latóri complácuit. Qui enim nunc dicit, Nisi quis renátus fúerit ex aqua et Spíritu Sancto, non potest introíre in regnum Dei : ipse tunc dicébat, Másculus cujus prepútii caro circuncísa non fúerit, períbit ánima illa de pópulo suo : quia pactum meum írritum fecit. Non pactum útique circuncisiónis quod non infans qui discérnere necdum váluit, sed majóres qui id serváre nóverant írritum fecérunt : verum pactum quod cum primo hómine Deus íniit, quod omnis qui vel unius diéi vitam gessit in terra prevaricásse convíncitur, atque ídeo remédio salútis áliquo opus habére non ignorátur. Nam qui vel ante témpora circuncisiónis vel étiam post datam circuncisiónem, de éxteris géntibus extítere fidéles : ut exémplar patiéntie Job et amíci liberíque illíus, sive víctimis hostiárum se suósque ab originali peccáto seu certe sola fide salvábant quia justus ex fide vivit, et sine fide impossíbile est placére Deo.

AS:76; 1519:92r; 1531:46v.[10]

6251.




6251a.




*Lectio iij.*

VErum his atque hujúsmodi remédiis egent qui de peccáti tradúce propagáti, in iniquitátibus concépti et in delíctis sunt nati. Redémptor autem noster qui ut peccátum mundi tólleret sine peccáto venit in mundum : sicut suo baptismáte nobis remédia procurávit, id est nostris abluéndis sceléribus aquárum que súbiit lavácra consecrávit : ita étiam circuncisióne quam suscépit, non sua (que nulla erant) admíssa purgávit, sed nostre in se natúre vetustátem dócuit innovándam, et nunc vidélicet eam per se a viciórum labe purgándam, et in novíssimo[11] die signíficans, ab ipsa multiphárie mortalitátis ac mortis peste pénitus esse restaurándam. Unde cóngrue Jesus octáva die circuncísus asséritur, quod non fácile in Véteri testaménto de quoquam légimus, quamvis de ómnibus sepíssime jussum, absque solo dumtáxat Isaac : qui quasi fílius promissiónis, primus octáva die circuncisiónem accepísse perhibétur. Tu autem.

AS:77; 1519:92r; 1531:46v.[12]

3. Resp. VII. 6575.





me factus est. ‡Cu-jus non sum dig- nus cor- rí-gi-

6575a.



am cal- ci- amén- ti sólve- re. ℣. Hoc est



tes-timó-ni- um quod perhí-bu- it Jo- hán- nes.



†Qui post. ℣. Gló- ri- a. 95*. ‡Cu-jus.

## ℭ *In ij. nocturno.*

AS:77; 1519:93v; 1531:46v.[13]

4989. 4. Ant. I.viii.



SPe-ci- ó- sus * forma pre fí-li- is hómi-num : dif-



fú-sa est grá-ti- a in lá-bi- is tu- is. *Ps.* Eructávit. (*xliiij.*) [206].

AS:48, 77; 1519:53v, 93v; 1531:46v.[14]

5084. 5. Ant. VIII.i.



SUscé-pimus De- us * mi-se-ri-córdi- am tu- am, in



mé-di- o templi tu- i. *Ps.* Magnus Dóminus. (*xlvij.*) [209].

AS:77, 85; 1519:93v, 111v; 1531:46v.[15]

6. Ant. VII.ii.



HO-mo * na-tus est in e- a : et ip-se fundá-vit 3130.



e- am Altíssimus. *Ps.* Fundaménta. (*lxxxvj.*) [270].

℣. Ipse invocávit me. 298.

*Lectio iiij.*

BEne inquam Jesus octáva die circuncíditur : quia vidélicet utráque hec nostra quam predíximus, hoc est et modérna et futúra et spíritus et carnis innovátio, et in ejus resurrectióne figuráta et in nostra quandóque est perficiénda. Síquidem de prima nostra resurrectióne que ínterim vite et fídei emendatióne celebrátur : Apóstolus ait, Quicúnque enim baptizáti sumus in Christo Jesu, in morte ipsíus baptizáti sumus : ut quómodo resurréxit [16] Christus a mórtuis per glóriam Patris, ita et nos in novitáte vite ambulémus. De secúnda autem que in fine sperátur : ita dicit, Si enim crédimus quod Jesus mórtuus est et resurréxit : ita et Deus eos qui dormiérunt per Jesum addúcet cum eo. Octávum autem númerum resurrectiónis glórie conveníre : pene ómnibus claret. Nam et Dóminus octáva die hoc est post séptimam sábbati resurréxit : et ipsi post sex séculi hujus etátes, et séptimam sábbati animárum que nunc ínterim in ália vita géritur, quasi octávo témpore resurgémus : tunc veríssime circuncísi, hoc est ab ómnibus carnális concupiscéntie vítiis et corruptiónibus in quibus máxime luxúria regnat expoliáti, veríssime prepútium incísi. Quia sicut Dóminus ait, Fílii séculi hujus nubunt et tradúntur ad núptias :

illi autem qui digni habebúntur século illo et resurrectióne ex mórtuis, neque nubent neque ducent uxóres, neque ultra mori potérunt. Equáles enim ángelis sunt, et fílii sunt Dei : cum fílii sint resurrectiónis.

AS:77; 1519:93r; 1531:46v.[17]

4. Resp. VII.

7212.




7212b.

[*47r.*]

*Lectio v.*

VErum quia de circuncisióne sermo est : libet inquírere quare Móyses ipse qui legem circuncisiónis et pátribus a Deo datam, et sibi tótiens inculcátam refert toto ducátus sui témpore néminem circuncídi volúerit, preter unum solúmmodo fílium suum quem mater arréptum

petra acutíssima ne a Dómino ferirétur circuncídit, sed omnes qui in héremo nati sunt, a Jósue circuncidéndos relíquerit : morem vidélicet divínitus imperátum, quadringéntis et sex annis observátum et a vita sibi successióne contráditum, annis quadragínta contínuis intermíttens. De quo salvo majórum intelléctu : dicam bréviter ipse quod séntio. Móyses circuncisiónem prédicat, sed Jósue pérficit : quia lex per Móysen data est, grátia autem et véritas per Jesum Christum facta est. Nichílque prodest líttera jubens : nisi affúerit grátia juvans.

AS:77; 1519:93r; 1531:47r.[18]

5. Resp. VIII.

6333*.




6333z.

*Lectio sexta.*

MOyse predicánte, prepútium crescit : quia sicut Apóstolus ait, Ex opéribus legis non justificábitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognítio peccáti. Et álibi, Usque ad legem enim peccátum non erat [19] in mundo. Peccátum autem non imputabátur : cum lex non esset. Et íterum, Lex autem subintrávit : ut abundáret delíctum. Nam concupiscéntiam peccátum nesciébam [20] : nisi lex díceret, Non concupísces. Occasióne autem accépta : peccátum per mandátum operátum est in me omnem concupiscéntiam. Sed Jósue pópulo in terram promissiónis indúcto, prepútium quod Móyse vivénte accréverat, cultris pétrinis íncidit : quia ubi abundávit delíctum : superabundávit et grátia. Nam quare pétrinis ad circuncidéndum Jósue cultris útitur : intélligat qui legit, quia petra erat Christus. Et super hanc (inquit) petram edificábo ecclésiam meam. Quod enim impossíbile erat legi in qua infirmabátur per carnem : Deus Fílium suum mittens in similitúdinem carnis peccáti de peccáto damnávit peccátum in carne ut justificátio legis implerétur in nobis qui non secúndum carnem ambulámus : sed secúndum Spíritum. Tu [autem Dómine].

AS:78; 1519:93v; 1531:47r.[21]

6314. 6. Resp. I.





con-cé-pit viscé-ri- bus. †Et be-ne-díc- ta in e-tér-



num De-um no- bis pró-tu- lit et hó-mi- nem.



℣. Domus pu-dí-ci pécto-ris templum re-pénte fit De- i, 6314a.



intácta nésci- ens vi-rum verbo concé- pit Fí- li- um.



†Et be-ne-díc- ta. ℣. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o. 93*.



†Et be-ne-díc- ta.

## ℭ *In iij. nocturno.*

AS:78; 1519:93v; 1531:47r.[22]

7. Ant. V.i.



EX-ultá-bunt * ómni- a ligna silvá-rum ante 2811.



fá-ci- em Dómi-ni quó-ni- am ve-nit. *Ps.* Cantáte.*j.* (*xcv.*) [278].

AS:78; 1519:94r; 1531:47r.[23]

3273. 8. Ant. VIII.i.



IN princí-pi- o * et ante sé-cu-la De-us e-rat



Verbum : et ipse na-tus est no-bis Sal-vá-tor mundi.



*Ps.* Dóminus regnávit exúltet. (*xcvj.*) [278].

AS:78; 1519:94r; 1531:47r.[24]

1434. 9. Ant. II.i.



AN-te lu-cí- fe-rum * gé-ni-tus : et ante sé-cu-la Dó-



mi- nus Salvá-tor nos-ter hó-di- e nasci digná-tus est.



*Ps.* Cantáte. *ij.* (*xcvij.*) [289].

℣. Notum fecit Dóminus.

[℟. Salutáre suum.][25]

*Evangelium secundum Lucam ij.* [21.]



IN illo tempore. Postquam consummáti sunt dies octo ut circunciderétur puer vocátum est nomen ejus Jesus. Et réliqua.

*Omelia venerabilis Bede presbyteri.*[26]

Sanctam venerandámque preséntis diéi memóriam paucis quidem verbis Evangelísta comprehéndit : sed non pauca celéstis mystérii virtúte grávidam réliquit. Expósita namque nativitáte Domínica cujus gáudia mox ángeli dignis láudibus extulérunt, pastóres devóta visitatióne celebrárunt, omnes qui tunc audiére miráti sunt : nos quoque pro módulo nostro prout potúimus próxime (Dómino largiénte) cóngruis missárum hymnorúmque solénniis exégimus : subjúnxit atque ait, Et postquam consummáti sunt dies octo ut circunciderétur puer, vocátum est nomen ejus Jesus : quod vocátum est ab ángelo, priúsquam in útero conciperétur. Hec sunt festivitátis hodiérne gáudia veneránda. Hec sacráta[27] solénnitas diéi : hec illa supérne pietátis múnera sacrosáncta, que fidélium córdibus comméndans Apóstolus ait, Quia ubi venit plenitúdo témporis : misit Deus Fílium suum factum ex mulíere, factum sub lege ut eos qui sub lege [47v.] erant redímeret : ut adoptiónem filiórum reciperémus.

AS:78; 1519:94r; 1531:47v.[28]

7. Resp. I. 7297.






7297d.







*Lectio octava.*

MAgna namque dispensatióne pietátis ad redemptiónem géneris humáni Deus Pater non ángelum non archángelum sed Fílium suum unigénitum míttere dignátus est. Quem quia in divinitátis sue spécie vidére nequívimus : magna rursum dilectiónis arte provídit, ut hunc factum ex muliére hoc est ex matérne carnis substántia sine viríli admixtióne concéptum ad humános verum hóminem proférret aspéctus : qui in divína virtúte ac substántia manens per ómnia quod erat : veram natúre mortális infirmitátem quam non[29] habébat indúeret. Et ut nobis necessáriam obediéndi virtútem precípuo commendáret exémplo : factum sub lege Fílium suum Deus misit in mundum. Non quia ipse legi quicquam débeat, qui unus est magíster noster, unus est legislátor et judex : sed ut eos qui sub lege pósiti legis ónera portáre nequíverant sua compassióne juváret, ac de servíli conditióne que sub lege erat eréptos : in adoptiónem filiórum que per grátiam est, sua largitáte redúceret.

AS:78; 1519:94r; 1531:47v.[30]

8. Resp. VII.

6322.






6322b.

*Lectio nona.*

SUscépit ígitur[31] circuncisiónem lege decrétam in carne : qui absque omni prorsus labe corruptiónis appáruit in carne. Et qui in similitúdine carnis peccáti, non autem in carne peccáti advénit : remédium quo caro peccáti consuéverat mundári non réspuit, sicut étiam unda baptismátis qua nove grátie pópulos a peccatórum sorde lavári volúerit : ipse non necessitátis, sed exémpli causa súbiit. Scire étenim debet vestra fratérnitas, quia idem salutífere curatiónis auxílium circuncísio in lege contra originális peccáti vulnus agébat : quod nunc baptísmus ágere reveláte grátie témpore consuévit : excépto quod regni celéstis jánuam necdum intráre póterant, donec advéniens benedictiónem daret qui legem dedit : ut vidéri posset Deus deórum in Syon. Tantum in sinu Abrahe post mortem beáta réquie consoláti supérne pacis ingréssum spe felíci expectábant. Qui enim nunc per Evangélium suum terribíliter ac salúbriter clamat, Nisi

quis renátus fúerit ex aqua et Spiritusáncto, non potest introíre in regnum Dei : ipse dudum per legem suam clamábat, Másculus cujus prepútii caro circuncísa non fúerit : períbit ánima illa de pópulo suo, quia pactum meum írritum fecit, id est quia pactum vite in paradíso homínibus mandátum Adam prevaricánte transgréssus est in quo omnes peccavérunt. Períbit de cetu sanctórum : si non ei fúerit lavácro salutári subvéntum.

℟. Verbum caro. *ut supra in die nativitatis Domini, ix.* 310. *Et dicatur hic sine prosa : sive dominica fuerit sive non.*[32]

*Psalmus.* Te Deum. [41].

## [*Ante laudes.*]

℣. Verbum caro factum est. *ut supra in die nativitatis.* 317.

## ℭ *In laudibus.*

AS:79; 1519:94v; 1531:47v.[33]

3985. 1. Ant. VI.




(*xcij.*) [45].

AS:79; 1519:94v; 1531:47v.[34]

2. Ant. III.i.

4441.




*Ps.* Jubiláte. (*xcix.*) [46].

AS:79; 1519:95r; 1531:47v.[35]

3. Ant. IV.iii.

4669.




*Ps.* Deus Deus. (*lxij.*) [47].

AS:79; 1519:95r; 1531:47v.[36]

2941. 4. Ant. I.v.




AS:79; 1519:95r; 1531:47v.[37]

2523. 5. Ant. V.i.




*Cap.* Appáruit grátia. 320.

*Hymnus.* A solis ortus cárdine. 320.

℣. Benedíctus qui venit in nómine Dómini. 322.

AS:79; 1519:95v; 1531:47v.[38]

3763.




*Oratio.* Deus qui nobis. 492.

## ℭ *Ad j.*

*Ant.* O admirábile. *j. de laudibus.* 509.

*Ps.* Deus in nómine tuo. (*liij.*) [95].

*Ant.* Grátias tibi. [99]. [*48r.*]

*Ps.* Quicúnque. [100].

## ℭ *Ad iij.*

*Ant.* Quando natus es. *ij. de laudibus.* 510.

*Ps.* Legem pone. (*cxviij. iij.*) [132].

*Capitulum, ℟. et ℣. sicut in die nativitatis Domini ad omnes horas dicantur* 326. *cum oratione hujus diei.* 492.

## ℂ *Ad vj.*

*Ant.* Rubum quem víderat. *iij. de laudibus.* 510.

*Ps.* Defécit. (*cxviij. vj.*) [141].

## ℂ *Ad ix.*

*Ant.* Germinávit radix. [*iiij. de laudibus.*] 511.

*Ps.* Mirabília. (*cxviij. ix.*) [150].

## ℂ *Ad vesperas.*

*Ant.* Tecum princípium. *ad ij. vesperas nativitatis.* 328.

*Ps.* Dixit Dóminus. (*cix.*) [311]. [*&c.*]

*Cap.* Appáruit grátia. 320.

℟. Confirmátum est. *vj.* 503.

*Hymnus.* A solis ortus cárdine. 320.

℣. Benedíctus qui venit. 322.

AS:79; 1519:95v; 1531:48r.[39]

3677.



*Oratio.* Deus qui nobis. 492.

## *Memoria de sancto Stephano tantum.*

*Ant.* Tu principátum. 335.

℣. Glória et honóre. [687].

*Oratio.* Da nobis quésumus. 334.

## Notes, pages 491-514.

[1] 1519:91r. gives the title '¶ In circuncisione Domini ad vesperas.'

[2] 1519:91r.

[3] 1519:91r.

[4] 'commércio'. SB:cclxxxiii.

[5] 1519:91v.

[6] In AS:76. 'ego'is set ACDC.CB; Penpont:1v. and BL:52359:30v. agree with 1519:91v. In AS:76. 'hódie' is set CCC.AG.G; the psalm-tone begins on F.

[7] In BL-52359: 55r. 'introíbit' is set G.A.CDC.CBC.

[8] Beda *in Lucam,* Cap. II. *Opera* Tom. V. 238. [SB:cclxxxiv.]

[9] In AS:76. 'Deus erat' is set thus:




In BL-52359:55f. the second 'erat' is set DCCBABC.BCDCBABCBA; the third 'Verbum' is set EGFEDEFEF.ED. In PEN:25v. the second 'erat Verbum' is set FEEDCCB.C FEGFEFEDEFEF.ED.

[10] BL-52359:55r. has no flat at 'nómine' or at 'illúxit' or at 'ánguli'; 'Dóminus' is set DCBABA.GACBAB.BA; 'illúxit' is set GA.A.ACAGABAG;the first 'allelúya' is set FA.CCD.CDc.CDFECEDCC. In PEN:25v. the first 'allelúya' is set Fag.CD.CDFECEDCC.C.

[11] 'novíssima' SB:cclxxxvi.

[12] 1531:46v. has "'Ecce Agnus Dei ecce qui tollit'. In AS:77. 'Ecce' is set GACBAC.GAG; 'ecce de' is set thus:




In AS:77. 'testimónium' is set DB.CD.D.DEFE.ED. In BL-52359:55v. 'Dei' is set DCDE.D; the second 'ecce' is set DCDCBDBCD.DABCBCA; 'vobis' is set ABCBC.CEFEDED; 'venit' is set DEDC.CDECDCCB; 'dignus' is set EDCBCDCD.CDCA; 'corrígiam is set CDEDEFE.D.C.CDCBCBAGAG; 'calciaménti' is set CCBC.A.AD.DCCBA.CBAC.

[13] In BL-52359:55v. 'hóminum' is set G.FE.D.

[14] In AS:77. 1519:53v. and 1519:92r. 'médio' is set A.A.A.

[15] In BL-52359:55v. 'ipse fundávit' is set C.B A.BCD.B. In AS:77. the final note of the antiphon appears as A; the psalm-tone appears as VII.vi. In AS:85. the psalm-tone appears with an intonation of G A C (= tone VIII), but ends as tone VII.vi. Tone VII.ii. which appears in 1519:93v. and 111v. conforms to the principles of the Sarum Tonary.

[16] 'súrrexit' SB:cclxxxvii.

[17] In AS:77. 'angelórum' is set DE.E.DEDCBC.CB. In BL-52359:55v. 'péperit' is set CD.C.DCBCBAGAG; 'Ipsum regem' is set G.GD D.DCDCCB; 'portavérunt' is set CD.D.D.D.

[18] In AS:77. 'pollet' is set GABAGA.AG. In 1519:93r. 'grémio' is set A.A.AGGACGAGGF. In BL-52359:56r. 'Dei' is set CD.CDFED. BL-52359:56r. has 'capud'. In PEN:26r. 'grémio' is set A.AG.GACGAGGF.

[19] 'peccátum erat'. SB:cclxxxviii.

[20] 'concupiscéntium nesciébam'. SB:cclxxxviii.

[21] AS:78. appears to have a natural at 'vírginis'. In 1519:93v. 'vírginis' is set ACAB♭C.G.GFGAG; 'divína' has a B♭ from the clef; 'Et' of 'Et benedícta' is set C; no flat appears at 'benedícta'; 'et' of 'et hóminem' is set FGAFGFE; no flat appears at 'fit Dei'. In 1519:93v. 'Deum' is set A.GE; in BL-52359:56r. 'Deum' is set A.AF; PEN:26v. agrees with AS:78. In BL-52359:56r. and PEN:26v. 'vírginis' has B-flat; 'mystéria' is set CB.BDCA.GF.FEFEDED; 'Deum' is set A.AF. BL-52349:56r. has B-flat only at 'vium'. PEN:26v. has B-flat throughout. In PEN:26v. 'Domus' is set A.AGAGAGGF.

[22] In BL-52359:56v. 'Dómini' is set A.G.F. PEN:26v. has no flat.

[23] 1519:93v. and 1531:47r. omit 'et' of 'et ipse natus'.

[24] In AS:78. and PEN:26v. 'noster' is set F.D. In BL-52359:56v. 'génitus' is set CE.D.D; dignátus' is set E.C.E. In PEN:26v. 'génitus' is set DF.D.D.

[25] SB-S:cxii.

[26] Bede *Op.* vii. col. 315. Homilie Hyemales de Sanctis : In circumcisione Domini. [SB:ccxc.]

[27] 'sacre'. SB:ccxc.

[28] In 1519:94r. 'núbibus' begins FGFD. In BL-52359:56v. 'tália' is set A.GF.FGFEFEDED; 'pónitur' is set AGAFG.FEFGFG.GF; 'cóntinet' is set FGF.FD.FGA; the first 'in' is set AGGE.

[29] nunc, *in Breviario,* non, *in Beda.* [SB:ccxci.]

[30] In AS:78. 'dilígitis' is set G.GCD.DCCBA.CABCBA. In AS:78. 'altíssimo' is set thus:




'viscéribus' ends GACGGF. In BL-52359:56v. 'altíssimo' is set CDE.EDECD.CACDCBC.CB; 'dicent omnes' is set CD.C C.C.

[31] 'ergo', SB:ccxci.

[32] The Prosa referred to is 'Quem éthera et terra.' It appears in the Processionale.

[33] In 1519:94v. this antiphon appears a fifth lower and uses B♭. In BL-52359:57r. 'commércium' is ste Dc.DE.D.C.

[34] In BL-52359:57r. plúvia' is st C.C.CDC.

[35] In 1519:94v. 'agnóvimus' ends on G; the psalm-tone appears as IV.iii. In BL-52359:57r. 'conservátam agnóvimus' is set G.G.G.G F.GA.GA.E. BL-52359:57r. has no flats.

[36] In BL-52359:57r. 'Salvatórem' is set GA.FE.D.D.

[37] In BL-52359:57v. 'videns exclamávit' is set A.G A.G.C.B; 'peccáta' is set FGA.AG.F.

[38] 1531:47v. has 'id quod'. In AS:79. the final word, 'divisiónem' appears a third lower. BL-52359:57v. has 'ut quod'; 'divisiónem' is set A.C.BA.G.G.

[39] In AS:79. 'carnem' is set Ca.G. In 1519:95v. this antiphon appears a fifth lower in the F-clef.